Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26279
Copyright: Admont, Benediktinerstift



duas posteriores bestias. macédonum & romanorũ
in uno macédonum regno ponit & diuidit. pariu
uolens intéllegi ipsum alexandrum. bestiã aũt
dissímilem ceteris bestiis quattuor alexandri suc
cessores. & déinde usq; ad antíochum cognomento
epiphanén duces reges enumerat qui fuerunt se
ptimi. ipsosq; reges non unus ponit regni. uerbi
gratia. macedónię. sýrię. ásie. & egypti. sed de diuersis
regnis unum éfficit regum ordinem. ut uidelicet ea
quę scripta sunt. os loquens ingentia. non de antixpo.
sed de antíocho dicta credantur. Et habebat cornua
decem. Considerabam cornua. & ecce cornu aliud
paruulum ortum est de medio eorum. & tria de
cornib⁹ primis euulsa sunt a facie eius. Et ecce oculi
quasi oculi hominis erant in cornu isto. & os loqns
ingentia. Frustra porphyrius cornu paruulum
quod post decem cornua ortum est epiphanén
antíochum suspicatur. & de decem cornibus tria
euulsa cornua. sextum ptholoméum cognomento
filometórem. & septimum ptholoméum εὐηργέτην.
& artaxiam regem arménię. quorum priores multo
ante quã antíochus nasceretur mortui sunt. Contra